

58

Q. D. B. V.
POSITIONES PHILOSOPHICÆ,
DE
**VARIIS
PHILOSOPHIAE
NOTIONIBUS,**
QUAS,

*Permissu Ampliss. Facult. Philosoph. in Reg.
ad auram Academia,*

**PRÆSIDE
CAROLO FRIDER.
MENNANDER,**

*Scient. Natur. PROFESS. Reg. & Ordin.
PASTORE in Rändämäki, & Reg.
Acad. Svec. Scient. MEMBRO,*

PRO GRADU

Publico examini defert

MICHAËL ORRÆUS,

WIBURGENSIS.

Die XV. Julii, Ann. MDCCLI.

Loco horis que ante meridiem consneris.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc. Finland.

JACOB MERCKELL.

SACRÆ REGIÆ M:TIS
MAGNÆ FIDEI VIRO,
Reverendissimo PATRI ac DOMINO,
J O H A N N I
NYLANDRO,

Inclutæ Diœcœlos Borgoënsis EPISCOPO, Ma-
xime Ven. Consistorii PRÆSIDI, Regii ibidem
Gymnasii scholarumque per totam diœcesin
EPHORO gravissimo & adcuratissimo.

MÆCENATI MAXIMO.

*I*gnoscas, Reverendissime Domine PATER & EPI-
SCOPE, quod huic opelle, rudi plane & incomte, No-
men Tuum prefigere audeam. Certe eam Tibi sacrare non
sustinuisse, nisi favor Tuus singularis mibi animum addidis-
set, fiduciamq; excitasset summa mea in Te pietas. Requirunt utiq;
banc qualemcumque animi venerabundi testificationem maximattua
non solum in patrem meum, sed etiam in paternam domum post
illius luctuosum obitum merita, & humillima recordatio benefi-
ciorum

ciorum, quibus me cumulaſti. Patiaris proinde huic munusculo
ex Nominis Tui splendore decus accedere insigne; digneris.
que benigne id ipsum, levissimum licet, nibilo minus tamen respi-
cere ceu pignus certissimum obnoxie mee in Te observantia,
Et venerationis nullo tempore intermoritur. Præterea humil-
lime contendo, ut clientele Tuæ in posterum me etiam commen-
datum babeas, quod magnum benignoris fortunæ indicium mibi
erit. Quod reliquum est, supplex precor, velit Te, Reverendissi-
me PATER ac EPISCOPE, clementia Divina in longos
mortalitatis terminos salvum ac sospitem servare; ut habeant in
Te, Ecclesia DEL emolumentum, familia tua nobilissima clientes.
que gaudium Et præsidium tutissimum! Ita vovet ex intimis ani-
mi recessibus

Reverendissimi NOMINIS TUI

cliens humilius,
MICH, ORRÆUS.

VIRO *admodum Reverendo atque P̄eclarissimo,*
D: NO MAG. PETRO BONSDORFF,
S. S. Th. LECTORI ad Gymnasium Borgoēnse dexterimo,
Ven. Consistorii ADSESORI aquissimo, PASTORI Ecclesiarum, quae
DÉO in Lappträst & H̄t id colliguntur, vigilantisimo; Con-
langvineo suo honoratissimo.

VIRO *Nobilitissimo,*
D: NO PAULO HEINTZIO,
ADIUTORI legionis equestris maxime strenuo, avunculi lo-
co omni pietate prosequendo.

VIRO *plurimum Reverendo atque Clarissimo,*
D: NO PETRO WALBERGIO,
PASTORI in Rerimäki meritissimo, confan-
gineo dilectissimo.

VIRO *plur. Reverendo atque Clarissimo,*
D: NO SAMUEL LI HEINTZIO,
SACELLANO & VICE-PASTORI in Hardosa laudatissimo,
AVUNCULO pia mente semper colendo.

VIRO *plur. Reverendo arg. Clarissimo,*
D: NO JOHANNI LIMATIO,
SACELLANO & VICE-PASTORI in Parœcia Pumala vigi-
lantisimo, PATRUI loco venerabunda mente suscipiendo.

IN tesseram animi grati ob beneficia mihi nullo non tempore
prestata, inque spem ulterioris favoris, cum voto omnigene
felicitatis ardentissimo, has paucas pagellas dat dicat & dedicat

NOMINUM VESTRORUM

cultor observantissimus,
MICH. ORRÆUS.



I. N. f.

§. I.

Quemadmodum nemo inficias ire valeat,
Philosophiam variis obnoxiam fuisse mu-
tationibus; ita dubitari nequit, quin
plurimi diversis de illa gavisi sint con-
ceptibus.

§. II.

Quos conceptus Philosophiæ olim, qui sapientiam profitebantur apud gentes, quas barbaras dicebant Græci, sibi formarint, sine metu incerti dici nequit; quoniam scripta eorum in manus posteriorum non pervenerunt. Id tamen patet, late se diffudentem fuisse eorum sapientiam, ac comprehendentem sub se, præter artes liberales & philosophiam, theologiam quoque, medicinam & jurisprudentiam; absque ullis inter has limitibus.

A

§. III.

§. III.

Neque apud Græcos cessavit philosophiæ cum theologia conjunctio. Hinc & apud hos primo simplex σοφίας, deinde compositum φιλοσοφίας vocabulum varios obtinuit significatus. Et latissime quidem usurpabatur pro omnibus omnino eruditioñis partibus, nec mechanicis etiam artibus exclusis. Hinc Plato σοφίαν dicit τὴν πᾶσαν ἐμπειρίαν; & Hesychius eam exponit, quod sit πᾶσα τέχνη καὶ ἐπιστήμη.

§. IV.

Pythagoras primus fuit, qui vocem Philosophiæ invenit. Quod an modestiæ vel ambitionis caussa fecerit, ambigitur. Hoc tamen probabilius est. Rectius is fecisset, si simplex & nativum σοφίας nomen retinuisse. Interim hoc ejus institutum eruditis tantopere placuit, ut ubique locorum nomen philosophiæ usurpatum fuerit.

§. V.

Pythagoræ tribui solet illa philosophiæ definitio, quod sit meditatio mortis, & separatio animæ a corpore; utpote etiam alia, dum per assimila-

milationem DEI, quatenus homini est possibile, definitur. Ulus illis postmodum est *Plato*, & alii antiquorum. Sed facile apparet, definitiones has esse minus adæquatas, utpote solam practicam philosophiam delineantes. Imo, si ad principia horum philosophorum examinentur, anguem sub herba abscondunt.

§. VI.

Itidem justo angustior & philosophiam morum respiciens est *Ciceroniana* illa descriptio, quod philosophia sit dux et magistra vitae, indagatrix virtutum, expultrixque vitiorum.

§. VII.

Neque defunt exempla adeo stricte sumtæ vocis philosophicæ, ut unam solummodo ex reliquis disciplinis designet. Idque vel ex instrumentalibus. Ita *Suidas Grammaticam* dicit τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν. *Rhetoricam* *Isocrates* vocat τὴν περὶ τὸς λόγυς φιλοσοφίαν. Et φιλοσοφεῖν τὸν λόγον apud eundem est meditari de componendo carmine. Vel ex realibus, ita ut vel solam metaphysicam,

vel etiam interdum Physicam denotaverit. Chymiae cultores philosophorum nomen sibi peculia-
riter vendicarunt. Vel denique ex superioribus.
Ita Ulpianus jurisprudentiam veram & non simu-
latam appellat philosophiam. Diocli vero Carystio
medicina φιλοσοφία ἡ περὶ τῶν οὐγείνων audit.

§. VIII.

Decantatissima illa erat veteribus philoso-
phiæ definitio, qua γνῶσις Θείων καὶ αὐθεωπίων πραγμάτων
dicitur. Hanc multi etiam recentiorum adopta-
runt, aliquando tamen auctiorem. Dicunt enim,
philosophiam esse notitiam rerum Divinarum hu-
manarumque per causas, quatenus ex lumine
naturæ cognosci possunt.

§. IX.

Cum Philosophi sit, definitiones per synony-
ma non admittere, neque potest definitio a Sene-
ca usurpata, quod Philosophia sit sapientiæ amor
& affectatio, ceu genuina admitti.

§. X.

S. X.

Epicurus una cum asseclis suis tradidit, philosophiam esse rationis exercitationem, quæ ratiocinando & disputando vitam parat beatam, eaque fruitur. Sed, ut alia circa hanc notionem monenda taceamus, non ratiocinando nec disputando vitam adipiscimur beatam, sed studio & exercitio actuali virtutum.

S. XI.

Sceptici omne philosophiæ suæ negotium co-referebant, ut sensibus apparentia, & ea quæ mente & intellectu percipiuntur, inter se conferrent atque opponerent quolibet modo. Ita omni rationi rationem æqualis ponderis & momenti oppositam inveniri posse contendebant. Ast ejusmodi dubia esse stolidissima quis ignorat?

S. XII.

Ætate Cæsaris Neronis Romæ inter stoicos & sophistas inclinavit Dio Praefensis, qui statuebat, philos-

philosophiam esse serium sapientiae studium, quod distingvit reliquos homines in cognitione & usu rerum non quarumcunque, sed præclararum & utilium ad vitam felicem & honestam. Eo itaque omnem philosophiam retulit, ut commendaret virtutem stoicam, ejusque actionem suaderet,

§ XIII.

Judæi post excidium urbis & templi Hierosolymitani, in quasvis plaga mundi dispersi, Graecanicam etiam philosophiam degustarunt. Sed quamvis distincta esse inter se rationis & revelationis lumina agnoscerent, utriusque tamen principia inter se commixta in sistema redigere connotati sunt. Præterea principium cognoscendi illis erat, ad quod in omnibus fere attenderunt, traditio, haud raro principia rationis infeliciter revertens.

§. XIV.

Patrum aliqui & scriptorum ecclesiasticorum singulari prorsus & inconvenienti notione philosophiae vocem adhibent. Nonnulli nimis pro domina

Etrina religionis Christianæ ; alii pro studio vitæ sanctæ vel pietate, alii denique pro vita monastica.

§. XV.

Ut Theologia & philosophia ex diversis hau-
riuntur principiis, ita iure æquissimo reprobanda est
Joannis Scotti dicti Erigenæ sententia, qua con-
tendit, non aliam esse philosophiam & aliam re-
ligionem ; sed de philosophia tractare nihil esse
aliud, quam veræ religionis, qua summa & prin-
cipalis omnium rerum causa DEUS & humiliter
colitur & rationabiliter investigatur , regulas
exponere. In eodem fere cum hoc valetudinario
laborat *Theophilus Galeus*, qui primævam ideam
philosophicam esse verbum DEI, variis modis va-
riisque ecclesiæ curriculis revelatum, statuit.

§. XVI.

Tempore scholasticorum ea erat philosophia,
non quæ rerum naturam, sed quæ mentem *Aristo-*
telis indagabat.

§. XVII.

Germanorum *Weltweisheit*, adeoque nostrum
etiam *verldslig vijsbet*, quæ de philosophia prædi-
cari

eari solent, non inepte judicat Stollus ex præjudicio contra rationem orta; adeoque superbiam sacram patrem, & contemtum nobilissimæ hujus eruditioñis partis matrem agnosceat.

§. XVIII.

Recentior illa definitio philosophiæ, quod sit scientia omnium possibilium, qua talium, seu quatenus esse possunt, ob varias rationes nobis minus arrideret.

§. XIX.

Si philosophia definiatur per scientiam rerum ductu rationis cognoscibilium, censemus exinde omne, quod ambitu philosophiæ comprehenditur, deduci posse.

SOLI DEO GLORIA.

